



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

36. De patre S. Greg. Nazianzeni, qui in die S. Paschæ ab incurabili morbo  
SS. Eucharistiæ sumptione liberatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

**P**OST non multum temporis exigente  
 causa Gothorum, vir quoque beatissimus  
 Agaperus huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
 Pontifex; cui Deo dispensante deseruio, ad Iu-  
 stinianum principem accessit. Cui adhuc pro-  
 ficienti quadam die in Græciarum iam parti-  
 bus, curandus oblatu est mutus & claudus;  
 qui neque vlla verba edere, neque ex terra vn-  
 quam surgere valebat. Cumque hunc propin-  
 qui eius fletus obtulissent: vir Domini sollici-  
 tē requisit, an curationis illius haberent fi-  
 dem. Cui dum in virtute Dei ex autoritate  
 Petri fixam salutis illius spem habere se dice-  
 rent; protinus vir orationi incubuit, & Missæ  
 solemniam exorsus, sacrificium in conspe-  
 ctu Dei omnipotentis immolauit. Quo per-  
 acto ab altari exiens, claudi manum tenuit, at-  
 que assistente & aspiciente populo, eum mox  
 à terra in propriis gressibus erexit. Cumque ei  
 Dominicū corpus in os mitteret: illa diu mu-  
 ta ad loquendum lingua soluta est. Mirati om-  
 nes, flere præ gaudio coeperunt: eorumque  
 mentes illicò metus & reuerentia inuasit.

*De patre S. Gregorij Nazianzeni, qui in die S. Pasche  
 ab incurabili morbo, SS. Eucharistia sumptione li-  
 beratus, circa annum Domini 370. ut refert ipse in  
 oratione de funere patris.*

**H**inc igitur virtute tali præditum, ita in  
 Episco-



Episcopatus munere versatum, atque eiusdem  
 di gloriam apud omnes adeptum, quibus  
 rum, signis quoque, quibus Deus pietatem  
 confirmat, dignum habitum fuisse? Hoc  
 porrò miraculorum, quæ in eo patrata  
 hoc vnum est. Morbo laborabat, ac male  
 eto erat corpore. Quid autem mirandum  
 pij quoque viri calamitatibus vexentur,  
 ad exigui limi purgationem, siue ad virtutis  
 explorationem, experimentumque patientiam  
 siue denique ad imbecilliorum eruditionem  
 qui in illis fortiter perferre condiscunt, et  
 ctionibusq; minimè frangi ac debilitari  
 bo itaque laborabat, & quidem tum, cum  
 etum & nobile Pascha, diem inquam illius  
 rum regem, mortemque luculentam per  
 tenebras discutientem, qua nos cum cop  
 lumine salutis nostræ festum agitamus, qu  
 cum luce propter nos exstincta mortificat  
 ramus, ijdem ea resurgente simul excitamur.  
 Hoc tempore morbus vrgebat. Is autem  
 breue faciam, talis erat. Febris quædam  
 & peracerba internas corporis partes excu  
 bat, vires collapsæ erant, nihil stomachus  
 peribat, somnus excefferat, quò se vert  
 neseiebat, ac deficiente arteriarum pulsu  
 inde concidebat, iam oris interiora, atque  
 eò palatū ipsum, & quicquid eo superius  
 det, tot tamque continuis terrisque vlcera  
 scatebant, vt ne aquæ quidem facilis & pu



culo vacuus meatus esset. Nec verò aut medicorum artes, aut amicorum ac necessariorum quâlibet assiduæ preces, aut vlla cura, aut medela morbo depellendo par esse poterat, atque hic eo valetudinis flatu erat, paruos quosdam ac deploratos spiritus ducens, ac ne presentes quidem angoscens, torusque in peregrinationem incumbens: resque iam pridè expetitas ipsique præparatas. Nos verò in æde sacra sacerdotes simul & supplices eramus (desperatis videlicet omnibus alijs remedijs, ad magnum medicū, & noctis illius potentiam, tanquã ad extremam opem auxiliumque confugientes) quid dicã? festumne vt ageremus, an vt lamentemur? dieine solemnitatem, vt lætis animis celebraremus, an vt illum velut iam è viuorū numero sublatum funeris honoribus ornaremus? Quas tum lachrymas vniuersus populus profudit? Quas voces & clamores, quos hymnos Psalmorum decantationi admiscuit? A sacra domo sacrificiū, à mysterio mysteriorum arbitrum & antistitē, à Deo, dignū adstitem requirebat, idque præcinnente mea Maria, tympanumque non triumphale, sed supplex pulsante, ac tum primum frōtem præ dolore perfricante, populi que simul ac Dei fidem cum clamoribus implorante (Illius, vt dolentis vicem, doleret, lachrymisque insuper obnixè contenderet, huius vt precantes exaudiret) ipsumque ad eò miraculorum omnium submouente

D nente



nente. Ingeniū enim acuit dolor. Quid igitur  
 noctis illius, & iacētis ægroti Deus facit. M  
 ad eorum, quæ sequuntur narrationē prop  
 dienti cohorrescere subit, ac vos etiam col  
 rescatis, velim, nec tamē fidem orationi det  
 hatis, neq; enim fas est, & nobis, & de illo  
 ba facientibus fidē abrogare. Mysteriorū  
 aderat, & religiosa & veneranda statio, cō  
 doq; ordine collocata multitudo, sacris  
 peragebantur, cum silētio acquiescens, et  
 ab eō, qui mortuos ad vitā reuocat, & à  
 sacrosancta excitatur. Primū egrē & pau  
 se mouet, deinde firmiter, mox perexili  
 seura voce famulum quendā ex his, qui  
 manserant, nominatim accitum, præsto  
 vestē, dextramq; porrigere iubet, quo  
 & cum stupore obsequente ipse manu, r  
 scipione nixus, Mosē illū in monte præ  
 imitatur, (*Exo. 17.*) lāquidisdq; manibus  
 tionem compositis, vel cum populo, vel  
 populum mysteria celebrat, paucis quide  
 infimis, quibusque poterat verbis, car  
 mentē, ut mihi videtur, integerrima (rem  
 ram) sine sacrario in sacrario, sine altari  
 ficus, sacerdos procul à mysteriis remot  
 que hæc illi Spiritus sancti munere cont  
 bant, ipsi quidem cognita, cæterū à præ  
 bus haud quaquam animaduersa, postea  
 pro beneficiis erga homines collatis grat  
 Eucharisticā orationē, ut moris est, sub



populoque bene precatus, in lectulum rursus se coniecit, cumque nonnihil cibi admisisset, somnoque se dedisset animo recreatur, &c.

*Quemadmodum existimavi, non ab re esse, precedens exemplum miraculi (tanquam affine prioribus) editi in recuperata sanitate Venerandi D. Gregorij Theolog. sacrificantis, ita iudico non absolum, nec prorsus extra curriculum, exemplum de pane benedicto & signato, atq; hinc declaratum miraculum erga matrem dicti Gregorij hisce subtexere.*

*De matre S. Greg. Nazianzeni, que panibus benedictis & consignatis à filio sacrificante spiritualiter nutrita, sanitati restituta fuit. Idem, ut scripta in oratione de funere patris.*

## CAP. XXXVII.

Idem miraculum circa matrē aliquantò post cōtigit, quod etiā ipsum cōmemorare operepretiū est, hanc quoq; morbus inuadit, fortem alioqui foeminā & generosam, atq; omni vitæ tempore cōmoda valetudine vsam. In multis autē doloribus, ne sermonē longius producā, nihil eam perinde discruciabatur atq; inedia, quam multos iam dies periculose afflictabatur, neq; huius mali remediū vllū inueniebat. Quoniam igitur modo eā Deus aluit? Non manna pluēs, ut olim Israëlī, aut petram frangens, ut sitienti populo fontem aperiret, (Exod. 16. 17.) aut per coruos pascens, ut illum Heliā, (3. Reg. 17.) aut per Prophetā in sublime raptū satiās, ut Danielem antea, cū fame in lacu vexaretur (Dan. 14.)

D 2

Quoniam